Dissertatio medica inauguralis, de typho ... / Eruditorum examini subjicit Richardus Kirby.

Contributors

Kirby, Richard, active 1800. University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebant C. Stewart et socii, Academiae typographi, 1800.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/vn8j7v2v

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

INAUGURALIS,

DE

TYPHO.



INAUGURALIS,

DE

TYPHO:

QUAM, ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS.T.F.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI Consensu; Et NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

RICHARDUS KIRBY,

HIBERNUS. SOCIET: REG: PHYS: EDIN: SOC: ORD. NECNON, SOCIET: HIB: MED: EDIN: OLIM SOD.

---- Hoc etenim

morbi genus, uti præ cæteris vulgare est, ita propter atrocitatem casuum artem medicam impensius desiderat. Morborum nonnulli, peculiari vel loco vel etiam seculo ingravescunt : Febres sere sola sunt omnibus æque terrarum partibus, omnibus æque seculorum ætatibus communes.

FRIEND : COM : I. IN HIPPOCRAT : DE FEB.

Ad diem 12. Sept. hora locoque solitis.

EDINBURGI:

EXCUDEBANT C. STEWART ET SOCII; ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

1800.

Digitized by the Internet Archive in 2020 with funding from Wellcome Library

:0

https://archive.org/details/b31966871

SACROM FULT;

RATI ANIMI BT DISERVA



JOANNI COLTHURST,

DE DRIPSEY-CASTLE,

IN COMITATU CORCAGIENSI,

ARMIGERO;

MORUM COMITATE, ET OMNIBUS,

QUAE CIVEM ORNANT, VIRTUTIBUS,

CONSPICUO;


OB PLURIMA IN SE SUOSQUE

COLLATA BENEFICIA,

HOC OPUSCULUM,

GRATI ANIMI ET OBSERVANTIÆ PIGNUS

SACRUM VULT, RICHARDUS KIRBY.



INAUGURALIS,

DE

ТҮРНО.

AUCTORE, RICHARDO KIRB?

PROŒMIUM,

UT celebris hujus Academiae decretis, quantum in me est, morem geram, quaedam de Typho, in hoc inaugurali tentamine, disferere statui.

Inter morbos, quibus obnoxia est humana vita, nullus cuilibet conditioni, fexui, aut aetati minus parcit; faeviùs aut latiùs graffatur, ut vix ulla regio ab hoc immunis dici queat : adeo frequens est in nostra præsertim infula, ut prae A aliiş 2

aliis medicorum attentionem fibi meritò vindicet. Hoc argumentum tractandum fuscepi, non tam vanâ allectus spe aliquid novi proferendi, quam ut, quae ex meis illustr. Professoribus audivi, aut ex libris didici, de morbo graviffimo, mihimet in mente revocarem.

MORBI CHARACTER.

nus; inter quae flat morbhs de etro agimus, cui

dedit, et auem lequentibus verbas

HAEC noîtri aevi medicis faltem debetur laus, quod varios morbos, quibus plectitur humanum genus, à veteribus fcriptoribus paffim, fine ordine et in indigeîta ferie, prius in eorum operibus exhibitos, in perfpicuum concinnumque nofologicum ordinem redigerint : unde et tyronibus multo minor labor, clinicifque fida, quicum aegri affectiones comparent, tabula exhibita eft.

Inter folertes medicos, qui hujufmodi operibus animum intenderunt, imprimis eminent clarus Sauvagefius et illustr. Cullenus, hujus Academiae lumen.

Hic

Hic de febribus agens, eas ad pauca genera deduxit, meritò refpuens eas omnes febrium divifiones et nomina ab antiquis ufitata, quae nihil aliud denotant nifi ejufdem morbi varietates et diverfa fymptomata. Hinc in febribus continuis, tria tantùm genera comprehendit Cullenus; inter quae ftat morbus de quo agimus, cui nomen Typhi dedit, et quem fequentibus verbis ita definivit : " Morbus contagiofus ; calor pa-" rùm auctus ; pulfus parvus, debilis, plerumque " frequens ; urina parùm mutata ; fenforii fun-" Etiones plurimùm turbatae ; vires multùm im-" minutae."

In hac definitione et fub hoc nomine, comprehendi debent omnes febres contagiofae, quae in variis temporibus varia nomina habuerunt, veluți febris peftilens, maligna, petechialis, lenta, nervofa, nervofa putrida, contagiofa putrida, febris carcerum, caftrenfis, biliofa putrida, &c. utpote quae natura eaedem non nifi nomine, gradu, aut violentiâ difcrepent.

In hac Typhi definitione, praecipua morbi A 2 fympto-

4

fymptomata ita exhibentur, ut cuilibet ad eam attendenti, morbus facilè innotefcat. Synocha, five inflammatoria febris, longè diverfam indolem exhibet; in hac pulfus reperitur frequens, validus et durus, urina rubra eft, facies florida et tumida, calor corporis magnus, fanguis miffus denfam et tenacem cruftam exhibet; praeterea morbus non contagiofus eft, et plerumque oritur ab errore aliquo in rebus non naturalibus; haec verò non ita evenire in Typho ex prolata definitione fatis evidens eft: quod fi, in initio morbi, aliquid dubii exfurgeret, progreffus morbi et hujus hiftoria nunc tradenda nodum folveret.

IBROM where erectation factor pallet et collabi-

MORBI HISTORIA.

Турні hiftoriam describentes, quo dilucidior fiat oratio, morbi cursum in tres partes seu gradus dividemus.

GRADUS PRIMUS.

Magna totius corporis debilitas, infuetus languor, cibi faftidium, frigoris et caloris alternantes fenfus, cum infolita animi demiffione, et ad omnem motum averfatione infigni, Typhi pedetentim obrepentis triftia praenuncia deprehenduntur; deinde frequens adeft naufea, infipidae pituitae eructatio, facies pallet et collabitur; jam fomnus nullum levamen affert, at pro blanda quiete diris aeger torquetur infomniis; mali jam vehementiâ ita laeditur conftitutio ut aegrotans omnis animi attentionis impatiens, confuetis negotiis valedicat, feque his imparem effe

DISSERTATIO MEDICA, enun dolor capitis, vertigo, calor, pulsûs fre-

6

esse fateatur, pessima quaeque ominans; etsi acgritudo non tanta fit adhuc ut lecto affigatur, ea tamen est ut magnam molestiam facessat; capitis interim dolore obtufo, vertigine, frigoris, ut obfervat Huxhamus, fenfu, fecundum futurae coronariae decursum, afficitur; nec jam strepitum aut lucem tolerare poteft; aegrè spiritum trahit, fuspirat frequenter, de constrictionis sensu circa praecordia conqueritur, quamvis hic dolor rarò tuffi comitetur; pulsus celeres, debiles, facilè comprimendi, nunc tremuli nunc intermittentes, reperiuntur; urina tunc pallida est, aut cerevifiae tenui et vapidae haud abfimilis, gradatim verò in morbi decursu mutanda; alvus tarda, rariffime fed interdum naturalis, linguae status nunc à naturali paululum deflectit, et muco albido obducitur.

De calore multúm conqueritur aegrotans, nec tamen multum fitit, et cutis, quae nunc ficca evadit, revera parùm calet. Symptomata haec, ut in plerifque febribus folet, mane aliquantulum levantur, iterum vesperi aggravanda : tunc enim

enim dolor capitis, vertigo, calor, pulsûs frequentia, iterum ingravefcunt.

Ita quidem fese habet aeger primis morbi diebus, aut etiam primà hebdomadà ; pro enim febricitantis constitutione, contagii in corpus recepti malignitate, plus minufve rapide progreditur Typhus; gradatim verò, nisi ars aut natura levamen afferat, malum indies in pejus ruit; omnia fymptomata aggravantur; languor et debilitas augentur; praecordiorum conftrictio, moleflia, anxietas, delirium, vehementer urgent, et vix erectus federe aut stare potest aeger, quin animo linquatur. Frigidi, glutinofi fudores erumpunt in multis corporis partibus, brevi rurfus evanefcentes : hi, praefertim in fronte, et aversis manibus erumpere observantur; non rarò extremitates aurium et nafi frigidae reperiuntur, dum volae et genae ardefcunt ; cephalalgia et vertigo nunc magis faevi-; thun levantur, iterum velocra aggravanda ; tunc

unt; malum non rarò ad aures extenditur et inde oritur tinnitus aurium, in nonnullis furditas : aeger penitus delirat, frequenter fibi muffitat verba incohaerentia ab aftantibus nequaquam intelligenda; jam tendines fubfilire, manus tremere obfervantur; lingua nunc admodum ficea et nigricans in medio evadit, in aliqua parte fiffa et dehifcens, margine fubflava aut fubviridis, magnopere tremibunda fi fortè exferatur; dentes materiâ nigrâ obducuntur, et infuavis ex ore oritur odor; urina magis limpida eft, quamvis nonnunquam nebula quaedam in ea obfervetur.

Non rarò eodem morbi tempore, petechiae varii coloris erumpunt, alias purpureae, alias fubfufcae vel nigricantes, in pectore et dorfo potiffimùm detegendae; nonnunquam fed rariffimè crura et brachia his foedantur. Haec tamen eruptio nullo definito tempore fuboritur; in quibufdam aegris a quinto die obfervatur, in aliis non ante decimum quartum. Multùm hae pendere videntur a quibufdam aliis caufis concurrentibus,

8

rentibus, veluti ab aëre nimis calido et impuro, immunditiis, &c.

Hae petechiae aliquando tam fpiffae funt, ut oculus nihil, nifi continuam rubrarum macularum feriem, detegat; et cutis tota folito tantùm floridior appareat: hinc in illis detegendis, folertia quaedam nonnunquam requiritur.

GRADUS TERTIUS.

Haec in medio febris statu ita ferè occurrunt : sed nunc aegrotans, vi mali magis ac magis debilitatus, sensim fatiscit.

Sudores copiofiores et conftantiores fiunt : his exhauritur fébricitans ; aut perpetuâ diarrhoeâ, quae non rarò eodem tempore occurrit. Artus nunc continuò frigent ; fubfultus tendinum, prout vires deficiunt, increfcit ; vifus obfcuratur, et retina laefa radios lucis ex parte tantùm fentit, et hinc aliquando flocculis ob oculos ludere apparentibus decipitur aeger ; jam nec ftrepitu nec B vividâ

TO

vividà luce, in initio morbi intolerandis, afficitur; oculi immobiles fiunt et concavi; facies cadaverofa fit, ungues pallidae et lividae; vox deficit, vel ita debilis fit, ut vix audiri poffit aeger; deletur devorandi facultas; pulfus interim ita debilis et celer reperitur, ut vix ictus arteriarum numerari queant. Faeces atque urina, infcio aegro, elabuntur, et fine caufa defluunt lachrymae.

In hoc ultimo morbi ftadio, vibices aliquando in multis corporis partibus, apparent; nigrae aphthae circa os, linguam, et in faucibus deteguntur; urina eodem tempore nigricans et foetida redditur, et faeces fanguine tinctæ funt; fanguis non rarò prorumpit è gingivis, è naribus, et aliis partibus, veluti ex ulceribus vetuftis.

Omnia nunc ad extrema ventum effe testantur: fingultus, tremores permagni in toto corpore, aut coma fomno non removendo excipiendum, luctuosae fcenae finem imponunt.

Hactenus morbi ad lethalem exitum vergentis historiam tradidimus; fymptomataque exposuimus, mus, quae vulgò in ejus decurfu occurrunt: fed accuratam ejus descriptionem exhibere admodùm difficile eft. Morbi enim forma, duratio fymptomatum, ordo, gravitas, numerus, mirum in modum variant.

In his morbus admodum lenis eft, celeriterque transit; alias aegrotans per totum tempus comate plus minusve profundò fopitur, nulla judicii figna demonstrans : in somno ferè continuò curfum morbi pertranfire videtur; in alus morbus etiam ab initio vehementifimus est, et debilitatis magnae et putredinis figna citò manifesta fiunt. Hinc pro aegri temperamento, vitae genere, coeli afpectu, anni tempestate, variam Typhus indolem induit.

Quod verò ad ejus durationem attinet nihil certè quoque judicari poteft ; haec ab ejus graviore vel mitiore statu multum pendere videtur : aliquando aeger intra quinque vel feptem dies convalescet, sed hoc quidem rarissime evenit; in aliis exemplis per feptem hebdomadas differtur fanitas : cum per tantum temporis spatium progreditur

greditur Typhus, a fatuitatis periculo non immunis est aeger, quae tamen paulatim vulgò recedit cùm vires iterum restituuntur.

Nonnullis clinicis placuit diem decimum feptimum annotare, quo fi pervenerit aeger, de ejus falute non defperandum effe, et omnia in melius mutari fibi perfuafum habuerunt. Alii medici Typhum aliquando vel morte vel fanitate, quanquam rariùs, circa feptimum diem terminari memoriae tradiderunt : alii undecimam diem indicant tanquam peffimam; fed de his nihil fatis certi habemus cui fidere poffimus.

CAUSAE

pus debuttant e tanta apathagen delle inter corpus et mentern, frinpathagen hase graviter affiet nequeat, quin previ corpus ejafdem affectionis particeps hat, fater verd annu affectus, metus

12

greditur Typhus, a fatunatis perieulo non im-

CAUSAE REMOTAE.

CAUSAE, quae morbo originem praebent, in duas classes, praedisponentes scilicet et excitantes, meritò referri solent.

CAUSAE PRAEDISPONENTES.

Ea, quae corporis humani vires ita debilitant, ut hoc magis caufae excitanti obnoxium fiat, inter caufas praedifponentes cenferi debent. Haec verò funt deprimentia animi pathemata; vita fedentaria; exinanitiones nimiae; venus immodica; errores in diaeta; longa inedia; calor, frigus, &c.

Affectus animi tristes quotquot funt, brevi corpus debilitant; tanta enim adest, inter corpus et mentem, sympathia, ut haec graviter affici nequeat, quin brevi corpus ejusdem affectionis particeps fiat. Inter verò animi affectus, metus praecipue

praecipuè corpus ad contagium recipiendum opportunum reddit; hic enim vim cerebri et idcirco actionem cordis et arteriarum imminuendo, fanguinem ab extremis partibus avertit; cutem gelidam et pallidam reddit, omnefque functiones debilitat: hinc in locis in quibus faeviunt contagiofi morbi, hi non rarò immunes a contagio evadunt, qui animo laeto et confidente praediti funt; dum contra timidi et moefti contagio abfumuntur.

Vita fedentaria. Homines hoc vitae genere, debiles admodum fiunt; exercitatione enim corpore non ut decet firmato, mufculi flaccidi fiunt, nervi vires amittunt, fanguinis motus languet, ventriculus infirmatur, et concoctio non ritè perficitur; omnis uno verbo organorum fecernentium vitiatur actio, et fic, ut videtur, ad hanc febrem magis proclives fiunt.

Homines molli et laxâ fibrâ praediti, quaecunque fit hujus laxitatis caufa, magis hujuf, modi febribus obnoxii funt.

Constantinopoli, Turcæ, multis ablutionibus tepidifque

14

tepidifque balneis quotidie debilitati, magis quam alienigenae peste, corripi dicuntur.

Magnae fanguinis jaclurae, five arte factae five cafu, veluti gravibus vulneribus, corpus debilitant et Typho obnoxium reddunt : idem quoque verum est de nimia venere. Immoderata seminis profusio, ut monet illustr. Gaubius, non tantùm utilissimi humoris jacturâ, sed ipso etiam motu convulsivo quo emittitur, corpus imprimis laedit. His addi debent aliae causae infirmantes, veluti studium intensum, pervigilia nimis protracta, negotia, meditationes continuae et alia ejusmodi, corporis fanitati perniciosissima.

Diaeta nimis lauta et copiofa vel prava et tenuis, corpus aeque laedunt. Effectus pravae diaetae, veluti parum nutrientis cibi, aut non debitâ quantitate fuppeditati, non minus deplorandi; et ibi Typhum faeviùs graffari, ubi inedia et rerum inopia adeft, luctuofa docet experientia *.

Calor

bribus obnox

Edinburgh Medical Effays, vol. iv. p. 28.

Calor immodicus quoque homines ad hunc morbum proclives reddit : hinc in calidis regionibus non rarò faeviunt malignae admodum hujus generis febres.

Frigus haud fecus ac nimius calor, praefertim fi magnum et diuturnum fuerit, aut cum humiditate conjunctum, proclivitatem ad Typhum facit.

A quibufdam medicis, inter caufas Typhi excitantes recenfitum est : frigus verò corpus tantùm ad Typhum proclive, non verò hunc excitare, mihi verifimile videtur. Non me fugit plurimos morbos actione frigoris folâ quotidie induci, veluti fynocham, catarrhum, pneumoniam, rheumatifmum; fed hi morbi tum indole tum medendi ratione, longe à morbo de quo differimus diferepant, et non contagiofi funt.

CAUSA EXCITANS.

Contagium igitur humanum tanquam folam Typhi caufam excitantem habere vellem. — " Dum ¹⁴ Dam fpirat homo, obfervat illuftr. Profeffor ⁴⁴ Gregory, lethale fibi aliifque fpirantibus ve-⁴⁴ nenum fundit; neque folus pulmonis halitus ⁴⁴ adeo nocet: manat ab omni cutis foramine ⁴⁴ materia fubtiliffima, venenata, fortafsè putre-⁴⁴ fcens, quae diu collecta, neque per auras dif-⁴⁴ fufa, et corpori denuò admota, aut iterum in ⁴⁴ idipfum recepta, gravififfimis morbis inficit; ⁴⁴ nec fiftit gradum, fed veluti vires per pabu-⁴⁴ lum nacta, longè latèque per populos graf-⁴⁵ fatur *."

Febrem Typhoideam hoc modo generari innumera probant exempla.

In carcetibus et in aliis locis ubi conferti homines diu includuntur, libero aëris externi circuitu privati, hic morbus præcipuè graffatur. Unum tantùm aut alterum exemplum hîc referam.

C

Ex

* Gregory, Conspectus Medecinae Theoreticae, tom. 3, P. 33. Ex centum et quadraginta fex hominibus, qui in carcere Calcuttae, deficiente fcilicet aëre puto, et halitu inquinato fpiritu recepto, centum et viginti tres, intra unius noctis fpatium, fato occubuerunt : alii verò e cladi fuperfites Typho correpti fuerunt *.

In comitiis Oxoniae habitis anno 1577, referenti Camdeno, venenofo et pestilenti halitu paedore incarceratorum ita correpti funt plerique omnes qui aderant, ut intra quadraginta dierum spatium ferè finguli, praeter mulieres et pueros, obierunt : inter hos fuere viri graves et juris scientia clarissimi [†].

Exemplum.

* Vide Medical Extracts on the Nature of Health, &c. London 1796. Tom. i. fect. 11. p. 46, et seqq.

[‡] Vide Camden's Annals of Queen Elizabeth, p. 271, folio, London 1615.—Englifh Tranflation, third edition, folio, p. 196, London 1635.—Stowe's Chroniele for 1577, p. 681, London 1615.—Sir John Pringle's Difeafes of the Army, p. 300.—Mead's Works, p. 209. Exemplum fimile recentiùs obfervatum eft, in curia dicta " *Old Bailey*," ubi quatuor ex judicibus, duo vel tres ex jurifconfultis, aliique adftantes, aurâ peftiferâ in curiam a reis advectâ, percuffi perierunt.

Narrat eques Pringlius, in fuo de militum morbis libro, ex viginti tribus hominibus, qui in tentoriis vetuftis, ubi nonnulli decubuerant aegri, refarciendis occupati fuerunt, feptem Typho correptos fuiffe et enecatos.

In narratione febris malignae epidemicae Corcagienfis, auctorem caufam ejus rerum harum conjunctioni imputare videmus, viz. coeli humiditati, aquae impuritati, lanienarum, quarum hîc funt valdè multae, infectioni, purgamentis putrefcentibus, in plateis et vicis relictis, fimul cum carnis magna quantitate, quam tempore cibaria fuppetandi, fine pane aut liquoribus fermentatis, pauperrimi comedunt *.

C 2

In

"Hoe

* Vide Dr. Rogers's Effay on the Epidemic Diseases of Cork, p. 36 et 47, 8vo, Dublin 1734.

21

In hac regione Typhus multùm faevit in hiberno tempore, inter pauperes qui, tuguriis fuis inclufi, in aëre impuro, perpetuo humano halitu foedato, magnam temporis partem confumunt.

Haec exempla, quibus plura addere poffemus, luculenter probant Typhum originem ducere ex halitu humano, vel recens ex corpore aegri hoc morbo affecti efflato, et corpori fani hominis admoto, vel feriùs ex contactu rerum coinquinatarum.

Quidam, et non parvi nominis medici, Typhum, magnâ corporis defatigatione et infigni animi moeftitiâ, excitari poffe opinantur : fi verò haec opinio febrium fporadicarum quarundem originem

" Hoc in libro febris malignae et variolae originis,
" hiftoriam plenam habemus, ab aëris corruptione. urbi
" Corcagiae ab menfe Sextile ufque ad Januarium, pro" priae, ortae. In hac urbe ingens pecudum numerus,
" ad centum et viginti millia quotannis mactatur, ad
" nfum nauticum." PRINGLE, p. 327.

originem feliciter explanet, Typhi tamen gravioris et per contagionem propagati; de quo hîc praecipuè agere in animo est, alia petenda est causa : hanc verò nihil aliud esse quam esseura à corpore humano ex dictis certum est.

Quaenam fit perniciofiffimi hujus halitûs natura multi iatro-chemici, parvo tamen fucceffu, inveftigare conati funt : fubtiliffimam enim ejus naturam cognofcere, et chemicas dotes explorare, valdè arduum eft.

Nonnulli, quafdam contagiofas febres, gafe nitrofo feliciter extinctas fuiffe, animadvertentes, morbi fomitem alkalinae effe naturae, fibimet perfuaferunt. Cum verò animo reputamus, multorum chemicorum officinis ingentem ammoniae copiam quotidie evolvi, et in aëra diffudi, neque tamen hunc aëra refpirantes, Typho affici : hanc opinionem, lubrico admodùm niti fundamento, eredimus.

Acida fortafsè contra contagium pollent, non quia illud innocuum reddunt, fed quoniam aëra minus aptum efficiunt, ut ejus fit vehiculum.

Alii,

Alii, contra, inter quos Mitchillius Neoboracenfis medicus, et Darwinius, contagium Typhi acidae naturae effe, existimaverunt : ille contendit id nihil aliud effe, quam oxydum gazeofum azoti : hoc oxydum vitae inimicifiimum effe, nemo inficias ibit : hoc tamen idem effe ac contagium Typhi nullo probatur argumento; nec eos, qui nitratem ammoniae parando, plus minufve vaporibus oxydi gazeosi azoti expositi sunt, pestilentibus febribus potifimum corripi videmus. Hinc artem chemicam, pulcherrimis inventis, nostro aevo, non immeritò celebrem, nullam adhuc in hanc rem, lucem attuliffe fatendum eft : naturamque contagii hujus febris denfissima

adhuc caligine latere. angy I manuzong mulature em ensate CAUSA

DE TYPHO,

Alle, contra, inter quos Mitchillins Neoboraiday medicine, er Durwinne, contagium Typhi CAUSA PROXIMA.

TYPHI, tam proximae, quam excitantis caufae, aeque ignoramus. Tot hac de re opiniones fuerunt, quarum pleraeque jam obfoluerunt, ut eas hic exponere nequaquam finunt hujus differtationis limites.

tenter id niles alind effic quarmer as there is alianter

Celebris Sydenhami, doctifiimique Boerhavii doctrinae, vix ullos in noftro aevo fautores habent : recentior Culleni theoria, ob magnas, quibus premitur, difficultates, à multis hodie deferitur : non enim rectè intelligitur cur atonia fpafmum gignet : magnam debilitatem, nullo fpafmo huic fuccedente quotidie videmus.

Beddoefius et Woodius nuper, ex eo praefertim tempore, quo omnia novis chemicis principiis explanare, mos invaluit, proximam Typhi caufam *carbonii* et *bydrogenii* redundantiae, aut *oxygenii* inopiae, attribuerunt; quum morbum, praefertim mixturâ ex *nitrate potaffae* compofitâ, aut

24

aut medicamentis magnam vim oxygenii continentibus, fanatum aliquando viderunt.

Si res ita fe haberet, unumquemque Typho correptum, progrediente morbo, fcorbuticum fieri, inde fequeretur : praeterea non facilè quis concipere poteft, quomodo cortex Peruvianus et vinum, adverfus hunc morbum, quid valere poffent, cum hoc *bydrogenium*, ille vero *carbonium*, magnoperè fuppeditent.

Sagaciflimus hujus Academiae Profeffor opinatur, fanguinem, dum per extrema vafa curfum legit, quandam fubire mutationem quâ calor evolvitur, et fanguis ipfe aptior evadit ad organa fecernentia ftimulanda. Si autem actio horum vaforum a ftatu naturali deflexerit (quod in febre accidere verifimile eft) haec mutatio falutifera malè procefferit *.

PROGNOSIS,

* Dr. Rutherford's Clinical Lectures on Fever,

Si delirium fit leves nec vires multim tra-

. (7

DE TYPHO.

aut medicamentis magnam vim oxygenii conftnentibus, fanatum aliquando viderunt. Si res ita fe h.2l30/ADOAQ semque Typho

Non rarò, febris per curfum fuum quaedam figna futuri eventûs exhibet: fed magnâ fagacitate et prudentiâ hîc opus eft : peritifiimus enim medicus lubricâ morbi indole faepifiimè decipitur. Saepe in morbi initio omnia fymptomata mitia admodùm apparent, omnique vacua periculo, cum fubitò morbus in pejus ruit, et aeger improvifo fato occumbit. Saepe autem, poftquam morbus ad fummum pervenit, et omnia figna peffimi ominis effe videntur, febricitanti obrepit fomnus, et levis fudor manat cum manifefto omnium fymptomatum levamine, et aeger, cum magna adftantium laetitia ferè fubitò convalefcit.

Cùm tamen multa figna à medicis notentur, quae nunc felicem, nunc funestum exitum, indicant, hîc pro more ea exponemus.

Si delirium fit leve, nec vires multum fra-D ctae;

25

26

ctae; fi facilè recumbat aeger in alterutrum latus, et in lecto facilè pofituram mutet; fi nocte dormiat et interdiu vigilet; fi pulfus arteriarum, cardiacis adminiftratis, pleniores fiant, fi provecto morbo lenis adfit fudor, aut diarrhoea affectionem capitis levans; fi lingua, prius foeda, iterum munda et humida evadat, copiofiorque fiat faliva, redeunte fimul appetitu; fi urina nunc turbida, magna cum copia reddatur; fi in diverfis corporis partibus tumores benignae apparent indolis, vel aphthae prius fufcae albidae fiant; fi haec, inquam, ita contingant, omnia aegro faufta fucceffura ominandum eft.

Cùm verò omnia morbi figna magnam debilitatem indicant, aut humorum ad putredinem proclivitatem annunciant, nihil fauste praesagire potest medicus vel confidentiss.

Peflimi ominis figna funt : I. In *functionibus* animalibus, extrema laflitudo, ad omnem motum impotentia, cùm in lecto refupinus jacet aeger, cruribus extenfis, aut deorfum ad pedes lecti prolabitur, omni prorfus vi deflitutus; cùm confuetum

confuetum imperium musculorum voluntati parentium ex parte destruitur, et motus eorum irregulares admodùm fiunt; verbi gratiâ, fi manus et labia tremunt, tendines fubfiliant, nervi diftenduntur, oculi strabismo afficiantur, aut eorum motus admodum lenti fiant; cum omnes fenfus admodùm obtufi evadunt, nec folitis stimulis excitari poffunt ; fi oculi luce admotà fixi remaneant, neque ullus pupillae motus obfervetur, aut omnia obscura vel duplicia videt aeger; fi ita vitientur auditûs organa, ut furditas univerfa, aut conftans aurium tinnitus inde fequatur; cùm mentis facultates disturbantur, ut veterno, comate, pervigilio, diris infomniis, delirio atroci, perpetud vexeter aeger. II. In fun-Etionibus vitalibus : pulsus valde debiles et abnormes, frigidi fudores, faciei pallor, livor unguium, manuum, pedum, fummi nafi, et aurium frigus, deliquium animi ex mutata positura, vel ex levissimo motu, respiratio laesa, brevis, frequens, difficilis, nullo praegresso pulmonum morbo. III. In functionibus naturalibus : cùm D 2 debilitas

27

debilitas ventriculi infignis adeft, et aeger anorexiâ, naufeâ, vomitu, conftanter plectitur; cùm guftus et olfactus penitùs corrumpuntur; cum fphincteribus paralyfi affectis, urina et facies infcio aegro profluunt, cùm ita afficiantur pharyngis mufculi, ut devorandi facultas penitùs deleatur.

RATIO SYMPTOMATUM.

patet exitus | quanquam multorum fecretionum,

SENSUS generalis lassitudinis, et virium prostratio, pro causa agnoscunt contagium jam receptum in corpus, vi sua infirmante fibras musculares, totumque corpus afficiens.

Pulfus frequentes et abnormes à difturbata actione cordis pendere videntur; five cor, propter magnam debilitatem, unâ contractione fefe deplere non valeat, ac proinde ad motus frequentiores cieatur, vel quia adeo irritabile factum eft, ut minore fanguinis copiâ ftimuletur, aut quia tandem illud, diverfo prorfus ac antea modo,

modo excitet, fanguis confuetas dotes non ampliùs retinens.

Urinae pallor initio morbi, fpafticâ conftrictione, quâ fit ut craffiores partes recufent renum fecernentia organa, pendet: cùm deinde rubrior fit, id evenit quia tum renum vafcula magis relaxantur, et craffioribus partibus facilior patet exitus: quanquam multorum fecretionum, quae tum fit mutatio, aut quarundam aliarum fuppreffio, non immeritò afcribatur infignibus mutationibus quas patitur fanguis per extrema vafcula transfiens: jam fecretionibus perficiendis minus idoneus; hinc faliva deficit; lingua nigrefcit: perturbantur omnes naturales functiones.

Stupor et vertigo, è languidiore per cerebrum fanguinis motu, oriri videntur.

Proclivitas ad animi deliquium in fitu corporis erecto, ex fanguine justo minore quantitate ad caput misso, oritur.

Tremores et fubfultus tendinum magnam fibrarum mufcularium irritabilitatem oftendunt, quâ

DISSERTATIO MEDICA,

quâ fit ut faciliùs folitò afficiantur et convellantur.

Faecum et urinae dejectiones involuntariae, fphincterum paralyfin, aut debilitatem arguunt.

Strabifmus, vifûs obfcuritas, vel defectus, à mufculorum quorundam oculi debilitate partis retinae laefione, caufam ducunt: quarundam partium frigus inaequalem fanguinis circuitum annunciat, minore quâ par est ad has partes devecti quantitate.

Sudores gelidi et viscidi partim oriuntur caufis modò enumeratis, partim cutis ejusque vasis laxitati, quae humores faciliùs elabi finit.

Oriuntur petechiae à cutaneis vafculis ita debilitatis ut rubri fanguinis globuli facilè per eorum ora elabantur, fortafsè à quadam fanguinis tenuitate.

vitati humorum al permilinem obfiltendum eft

MULLIZENDD

OITAN de jam incepta corrigenda eff

30

RATIO MEDENDI.

CUM febris, fecundum multos medicos, nihil aliud fit quam falutaris conatus naturae ad noxam corpori illatam repellendam, inde concludere par effet nullis hîc remediis opus effe, naturamque fuis propriis viribus committendam effe. Quanquam in multis cafibus hoc tuto fieri poffet, cùm tamen detrimentum corpori illatum magnum est, sagacissimi certè medici erit conatus, naturae vel adjuvare vel moderare prout res postulaverit : et in hoc magna pars medendi rationis in febribus confistit. Haec igitur in Typho inftituenda sequentibus confiliis absolvi potest: I. Spafmus removendus eft, nimiulque febris renixus debellandus. II. Caufis debilitatis obviam eundum. III. Per status Typhi posteriores proclivitati humorum ad putredinem obsistendum est : eademque jam incepta corrigenda eft.

CONSILIUM

ejus curlum aegro plurimum nocituram, expellunt. In morbi igitur initio, prudentis erit medici tentare quid bace raleane Poro inter emetica duo potifimum celebrantur, nempe tadix

Inter remedia ad fpafmum extremorum tollendum idonea, memorari debent emetica, diluentia, fales neutri, balnea, fomenta, &c.

Emetica non immeritò laudata funt, et faepe adhibita : vixque ullum potentiùs remedium ad spasmum tollendum, quin imò ad febrem discutiendam fi mature adhibeantur, notum est. Innumera referri poffent exempla in quibus, emeticis opportune adhibitis, morbus statim discuffus est. Haec, non folum fibras ventriculi musculares afficiendo, propter intimum inter hunc et cutem consensum, ad actionem cient vafa minima cutis, adeo ut fanguis in haec vafa magis impellatur, spasmulque ea constringens folvatur, sed etiam cruditates et viscidam pituitam quâ gravatur ventriculus, evacuant, et ductus biliares et pancreaticum emulgent, et inde materiam, non rarò morbi fomitem, et per ejus

9.

ejus cursum aegro plurimum nocituram, expellunt. In morbi igitur initio, prudentis erit medici tentare quid haec valeant. Porrò inter emetica duo potiffimum celebrantur, nempe radix ipecacuanhae, et antimonium. Inter antimonii praeparationes prae ceteris antefertur antimonium tartarifatum : huic enim fatis certae, mitefque funt facultates, cum aqua multúm foluto, parvis et repetitis dosibus dato : ita tamen adhiberi debet ut, citò, facilem plenamque vomitionem moveat. Si antimonium tutò adhiberi non poteft, et eligitur aliud remedium, ipecacuanha recens, in pulverem redacta, administretur, aut eadem cum vino infufa : haec in multis cafibus mitiffimum, optatisfimumque remedium invenitur.

Diluentia. Haec perfpirationem expedientes ad fpafmum folvendum plurimum conferunt, acriaque in primis viis diluunt et obtundunt : hoc confilio plurimum aquae olim in febribus : adhibebatur, fub nomine diaetae aqueae : quo. niam tamen nimia liquidorum copia nocere po-E teft,

DISSERTATIO MEDICA,

DE TYPHO

test, et magnam debilitatem inducere, haec methodus non immeritò defuevit.

Decocta avenacea aut hordeacea, aut fola, aut falium quorundam ope gratè acidula facta ; aqua fuper toftum panem infufa, aut cum lacte mixta ; cerevifia tenuis, tantoperè ab illuftri Sydenhamo adhibita, et alia hujufmodi pro diluentibus aegro funt adminiftranda : et quoniam idem potus, multum repetitus, faftidium procreare poteft, horum potuum varietatem praeferibere debet medicus.

Praeter potus diluentes, *fales neutri* cum infigni beneficio adhibentur. Hi in certa quantitate in ventriculum recepti, paulo poft fenfum caloris in cutem generant, et inde non rarò facilis erumpit fudor : praeterea fales hi vomitum, qui tam faepe primum febris ftatum infeftat, plerumque optimè fedant, et fic multùm aegro levamen afferunt. Qui ex alkali fixo, et acido vegetabili, conficiuntur, prae caeteris anteponendi funt : quanquam fal alkalinum volatile utpote ad fudorem eliciendum valentius, cum iif-

dem nativis acidis mixtum, non rarò ufurpatur. Infigniter prodeft, ad vomitum compefcendum, hauftus ille qui, *alkalinus effervefcens* dicitur; per vim aëris fixi eodem tempore extricati, irritabilitas ventriculi multùm levatur.

Balneum calidum ab antiquis ut patet è scriptis Galeni et Celfi, in febribus adhibitum fuit. Inter recentiores, celebr. Gilchrift eo feliciter ufus eft : id tamen nunc minus frequenter ufurpatur. Recens balneum frigidum, curà et experimentis fagaciffimi Doctoris Currie Liverpoolienfis, in usum revocatum est : diverso tamen ac antea modo; plurima frigida in corpus aegri affusa, vel ipso in frigidarium descendente. Hujufmodi lavatio frigida optimos effectus habere ufu reperitur : post eam enim pulsus brevi moderatior fit, refpiratio magis libera, exhalatio per cutem restituitur, extinguitur sitis, et lingua sit nitida, aeger deinde fomno fruitur; tandem omnia fymptomata mitefcunt ; hoc praestantisfimum remedium nonnunquam febrem incipientem statim discutit : fi fero adhibeatur non efficax eft, aliquan-E 2

35

aliquantulum tamen levaminis non rard affert. Balneum pluviosum caute administrari debet, non quidem in omni febris statu : si frigus urgeat vel fudor prorumpat, ab eo abstinendum est. Cum gradus caloris ad 98, 100 vel 101 thermometri Farenheitiani augeatur, cum beneficio lavatio frigida administratur, hancque benè fert aeger. Si balneum pluviofum aegro, aut ejus cognatis reluctantibus, minus commodè praefcribi poffit, in ejus locum lavationes cum aqua paululùm tepida, vel cum aceto mixta, adhiberi poffunt. Dum haec remedia primo quod indicavimus confilio praescribuntur, diaeta interim tenuis, regimenque antiphlogisticum non omittenda funt. Optime conveniunt ptifana, fructus acescentes ut aurantia, &c. quae febricitantibus gratiffima funt, et ad refrigerendum corpus mulinductam removendam tonumque.tnellogemutn.

Cautè vitandi funt omnes ftimuli, qui aegro moleftiam afferre poffunt : cavendum est ab omni mentis, et sensuum irritamine, qualia lux, sessente ditatio nimia, colloquia quae attentionem tionem animi requirunt. Alvi duritiae occurrendum eft clyfteribus, pro re nata repetendis, vel catharticis mitioribus, viz. tartaro purificato, mannâ, caffiâ, tamarindis, fodâ phofphoratâ, &c. Somnus per noctem aegro conciliandus eft, anodynorum ope, veluti opio, quod potiffimum prodeft fi irtitabilitas, delirium, vel convulfiones, ex nimia debilitate, et mobilitate oriantur. Cum caput dolet, et aeger comatofus fit, epifpaftica, non fine levamine, capiti vel nuchae applicantur.

-aptimo and Consilium Secundum.

Ea medicamenta, quae aliquâ roborante, et cardiacâ virtute gaudent, ad debilitatem Typho inductam removendam tonumque reftituendam, optimè indicantur. Inter haec, cortex Peruvianus, et vinum, locum primum fibi vindicant. De cortice Peruviano hoc obfervandum eft: fi aliqua fit in morbi initio phlogiftica diathefis, aut imbecillis

DISSER LATIO MEDICA,

DE TYPHO.

imbecillis ventriculus nimis hoc remedio gravetur, ejus ufus postponendus est: alias manu fatis liberâ adhiberi potest, formâ, et dosi, viribus et statui aegri convenientibus.

Hodie, in febribus, vinum ferè ubique praefcribitur : cautè propinatum, inter omnia cardiaca adhuc nota, praecipuum eft : roborantem et ftimulantem vim habet ; ventriculo gratum eft, actionem cordis et arteriarum excitat, dolorem et delirium lenit. Prodeft imprimis cùm omnia fymptomata magnam debilitatem oftendunt, five initio five decurfu morbi ; cùm illud benè fert aeger eo liberaliùs fumendum eft : fi verò fanguis caput verfus refluat, et phrenitidis periculum fit, vinum et omnia ftimulantia fugienda funt cane pejus et angue. Vini quantitas pro confuetudine morbi, duratione, aegri ftatu, appetitu, aut faftidio, et pro vini jam fumpti, effectibus, determinanda eft.

Opium ut optimum cardiacum, a Sydenhamo, et aliis illuftr. medicis, laudatum eft : ritè adhibitum, multas moleftiae caufas fufpendit ; vires-

que

38

que aegri multum reficit : praeter haec, multa aromata praefcribi poffunt, veluti confectio cardiaca, et alia hujufmodi, prout requirit aegrotantis flatus.

Frigus, quod infigni roborante vi gaudet, corpori debitè applicatum, adhiberi poteft : five aegrum aëri externo frigidulo exponendo, five potus frigidos huic administrando.

ob this consist a storia monoidal de storia de staria de

Cùm aliqua humorum ad putredinem proclivitas deprehenditur, huic obveniendum eft, fedulò omnem applicationem materiae putridae vel putrefcentis ablegando : aeger, fi fieri poteft, a locis aëre vitiato repletis amoveri debet. Aër in cubiculo frequenter renovandus eft : omnis effluviorum accumulatio cautè vitanda : et ideirco ftragula, et indufia lintea, faepe mutanda funt : praeter haec, materia putrefcens, quae in corpore congeritur, arceri debet : alvum faepe deplendo

DISSERTATIO MEDICA,

22

40

plendo lenibus enematibus : et excretiones urinae et perfpirationis promovendo diluentibus et falibus neutris, jam memoratis. Ea interim remedia praefcribi debent, quae directè putredini obftare, et hanc corrigere, nofcuntur : veluti cinchona et vinum, fucci pomorum vel pyrorum fermentati, cerevifia Londinenfis : et alia hujufmodi quae inter antifeptica numerantur.

Cùm magna fit in acido carbonico vis ad putredinem fiftendam, et corrigendam, id enim non folùm in corporibus vitâ privatis, corruptionem fiftere, fed etiam in rebus jam corruptis, fuum folitum gratumque odorem, redintegrare fertur : copia ejus idonea aquae immifta, fub forma enematis in anum injici poteft ; aut aëri immifta in pulmones inhalari.

Frigus, magnà quoque antifepticà qualitate gaudet, et ideirco liberè corpori admoveatur.

Cùm aegrotans convalefcere inceperit, maxima cura adhibenda erit, ne febris iterum redeat propter debilitatem morbo inductam : hinc ufus medi-

medicamentorum roborantium non illicò omittendus; in his diu perseveret aeger necesse est.

Diæta fit primùm levis, fed fatis nutriens; cibus animalis non nifi parcâ manu fumatur. Omnis denique error, five in ciborum quantitate, vel qualitate, evitandus. Moderata exercitatio, et prout vires benè tolerare poffunt ; balnea frigidula, et omnia quæ vires dent nervis et mufculis, fenfim adhibeantur, donec æger, integras vires recuperans, confuetâ iterum fruatur valetudine.



E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

